

DN. VDALRICI ZASII
IVRECONSULTI CLARISS. ET IN

ACADEMIA FRIBURGENSE QUONDAM

LL. ordinarij, in sequentes Digestorum
titulos Lecturæ.

N E M P E

De iureiurando.

De confessis.

De cessione bonorum.

Quibus ex causis in possessionē eatur.

De bonis auctoritate iudicis possidend.

De privilegijs creditorum.

De separationibus.

De curatore bonis dando.

Quæ in fraudem creditorū gesta sunt.

De interdictis seu extraord. actionib.

Quorum bonorum.

Quorum legatorum.

Ne vis fiat ei qui in possess. missus est.

De tabulis exhibendis.

Ne quid in loco sacro fiat.

De locis & itineribus publicis.



*Cum in dyltæ Cesareæ Maiest. & Christianiss.
Regis Galliarum privilegij.*

B A S I L E A E
APVD MICH. ISINGRINIUM,
M. D. XL.

DN. VDALRICI ZASII
 IN TIT. FF. DE IUREI-
 RANDO, LECTURA



RAESENS hic noster tit. de iureiurando, habet
 praeignantem & utilem materiae, quae in practica quo-
 tidie obuersat. Continuare eum iuxta Paul. de Cast.
 & Lud. Rom. hic. Quia supra dixerat I. C. de rebus
 creditis, ubi late patuit uocabulum rerum creditarum,
 scilicet in quibuscunque sequimur fidem alterius, dici-
 mur de rebus creditis contraxisse: sed quia nulla alia re magis sequi-
 mur fidem alterius, quam iureiurando, recte itaque & ordine tit. noster
 sequitur. Vel aliter continuare ex mente gl. in rub. C. eod. Cum supra
 dixerit I. C. & pollicitus sit se elucidaturum materiae contractuum: uerum
 propter lites, quae in contractibus saepe incidunt, deuenitur ad iuramen-
 tum, igitur hic tit. sequitur. Bart. aliter continuat, quem uidete, ne ni-
 mis diffundat. Est autem iuramentum assumptio nominis diuini, ad con-
 firmandum fidem iurantem & nomen Dei. ita Bald. hic in rub. Et quia
 tit. hic prenotauit triplex iuramentum, scilicet iudiciale, uoluntarium, & ne-
 cessarium, pro euidencia praemittendum est duo esse genera iuramentorum.
 Quoddam est promissorium, aliud assertorium. Promissorium iuramentum
 est, cum de futuro aliquid sub iuramento promittitur, ut, te daturum es-
 se, te facturum esse &c. Hoc iuramentum promissorium intensiue operatur,
 non extensiue; id est, intrinsecus apponit religionis uinculum, & sic pro-
 missio quae fit sub iuramento, intendit, id est, auget, fulcit, & firmiorem
 facit contractum, si aliam bonus sit, quod est intensiue operari. Sed per hoc
 non ualida contractus, si ultro est inualidus; quia ista iuramenta promisso-
 ria regulant, obformantur, temperantur iuxta naturam contractus. Sicut
 de Mercurio planeta dicitur, quod in domo boni planeta bonus sit, et
 in domo mali planetae malus: sic est de iuramento intensiue operante.
 Extensiue autem iuramentum promissorium non operatur, non extendit
 uires contractus, ut faciat ualere contractum qui non ualet. Ad extra non
 extenditur, id est, non parit actionem. Nam si ago contra te, Tu promi-
 sisti mihi decem & iurasti, reddito ex ui iuramenti: haec actio nihil uale-
 ret, quia iuramentum promissorium non dat medium concludendi, sed cau-
 sa remota contractus; quia mutuauit, redde. Sic intenditur iuramentum
 promissorium, & non extenditur. Sumite exemplum naturale. Ignis in-
 tra se septus, fremit, saeuit, aestuat: sed ad extra non extenditur, neminem
 alium laedit, nisi septa tollantur. Hoc habete perpetuo pro bona resolu-
 tione. & sic intelligetis Bal. in l. si procurator, circa iij. col. infra de cond.
 indeb. & hoc est quod dicit Oldra. consil. cxcvi. iuramentum esse inten-
 sium, non extensiuum. Haec fallunt in operis, quia cum libertus iurat

Continuatio,

Iuramentum
quid.

Iuramentorum
duo genera.
Promissorium.

Intensiue ope-
rari, quid.

20

20

30

40

A

ROGERII DE PRAESCRIPTIO-

NIBVS DIALOGVS.

PERSONAE,

Rogerus, & Iurisprudencia.



ROGERIVS. Quæro, cum omne ius triginta uel quadra-
ginta annorum præscriptione tollatur, quare post annos
quadraginta debitori soluere parato concedat actio pigno-
ratiua: IVRISP. Hoc ideo concedo, quoniam antequam
soluat, uel offerat quod debetur, ut quidam minus rectè di-
cunt, pro recipiendo pignore debitori non nascitur actio pi-
gnoratiua. Tunc enim demum pro recuperando pignore

10

hæc actio debitori competit ex ordine, cum soluere saltem paratus fuerit. Cum ergo ante non possit intendi, merito ante contra eam non oritur præscriptio: quæ tunc demum oritur, cum actor nullo iure petere impeditus, desidię negligentię uel deditus, quod ei etiam statim ius cõcedit, petere contemnit: ei enim soli cum nõ egerit, & merito imputatur, cui nil, quo minus ageret, obfuit, ut C. de præscrip.

xxx. anno, l. sicut, & l. cum notissimi, C. de an. excep. l. i. ROGE. Atqui potuit debitor ante quod debebat offerre, & sic pignoratitiã habere: quare licet his annis quadraginta pignoratitiã non sit sublata, eò quod nondum erat nata, non tamẽ ultra ualet intendi, etiam debitori soluere parato, quia offerendi ius, quod pignoratitiã sit præparatorium, est causa annorum xl, præscriptione ablatum, IVRISP. Annorum etiam quadraginta lapsu, soluendi siue offerendi ius debitori nõ potest auferri, & sic nec pignoratitiã tali præscriptione adhuc potest perdere, quia nondum ei competit nec offerendi ius, quod actori præparat adis-
tum, ROGE. Atqui omne ius quadraginta annorum præscrip. tollitur. IVR.

Minime quod assumis uerum est: solum enim petendi agendiue ius, quod ad actorem pertinet, tali præscriptione tollitur, at soluendi siue offerendi ius, cum agendi petendiue iure nil cõmune habet, nec ad actore iuuandum, contra quem sunt præscriptiones istæ inuenta, sed ad reum liberandum, pro quo defenden-

do sunt comparatæ, pertinet, ut sic quidem rectius dicamus post annos etiã quadraginta, quoniam adhuc saltem naturaliter sit obligatus, debitorem posse & se & pignus suum soluendo liberare. ROGE. Sed cum debitor potuit soluere, & sic pignoratitiã actionem quærere, miror quare contra eum quasi desidem non currat talis præscriptio. IVRISP. Ut contra te currat talis præscri-
ptio, non satis est quod aliquid facere potuisti, quo facto actionem cum effectu quæreres. Nam & filio familiã actionem aliquã habenti, licet ut sibi agere per-

mitteretur facile posset à patre impetrare, non curret tamen hæc præscriptio, cui, rectius si quod allegasti intueamur, quod non egerit, quã debitori quod non soluerit, ut sic actionẽ pignoratitiã haberet, potest imputari. Nempe & filius

fam, & suo nomine utiles potest intendere actiones, ueluti cum absit pater, uel sit uitæ suspecte: & sæpe facillimum ei est à patre cõsequi, ut uel ipse pater agat, aut sibi agere permittat, quod etiam quandoq; facere cogitur, ut cum hæreditatem sibi delatam patre repudiãte adeat. Debitori uero sæpius grauissima est debiti so-

lutio: & cum filio nõ currat, uel cui sit latior agendi uia, satis minus debitori in ca-
su curret, cū sit ei multo angustior. Et in summa, præscriptiones istæ, etiã pro pœ-
na cõtra desides sunt inuenta, & ideo nõ legi interpretatone exaggerandæ, sed minuendæ sunt. Inde est, ut si quædam contra actorem quasi desidem uideantur

laborare, quædam uero uel pauciora pro eo, à desidiã pœna excusando, faciant, semper mitiora, id est, quæ non ponunt eligantur: ut tunc dicitur, cum ex cau-
sis uarijs habeas obnoxium, & cum conuenias non pro singulis causis nomina-

40